PA
6382
.A2
1834

QUINTI ENNII

POETÆ INTER ROMANOS VETUSTISSIMI

RELIQUIÆ

QUÆ EXTANT OMNES,

EX EDITIONIBUS VARIIS

CONQUISITÆ

à J. A. GILES, A.M., COLL. C. C.

INTER OXONIENSES NUPER SOCIO.

OXONIÆ

VENEUNT APUD D. A. TALBOYS,

ET LONDINI APUD G. PICKERING.

1834.

PA 6387
.A2
1834

Typis G. Awbrey, Bridgwater.

DE ENNIO.

Quintus Ennius, cujus carmina in hoc libro publici juris facimus, natus est (circiter A. U. C. 514) inter montes Calabriæ (Ov. de Arte Am. III, 409) sive id Tarenti esset sive in alia quadam urbe, nam in hac re discrepant auctores. In Sardinia diu vixit atque ibi M. Porcium Catonem Græcis literis instituit (Auctor de VV. Illustr. cap. XI, VII.) Ex Sardinia Romam cum incredibili hominum fama a Catone deductus, in Aventino habitavit: (Æmil. Prob. in vita Catonis cap. I. Euseb. in Chronicis.) "Tria corda habere se dicebat, quod loqui Græce et Osce et Latine sciret." (Agellius lib. XVII, cap. 17). Amicum habuit Nasicam quocum quam familiariter vixit (Cic. de Orat. II, 68) Sororis filius fuit Pacuvius (Plin. N. H. XXXV, 4). Militavit in Ætolia A. U. C. CCCCCLXIV atque victoriam de Ætolis et Ambraciotis a M. Fulvio Nobiliori reportatam insigni laude celebravit (Auct. de vir. illust. cap. 52) Cum jam in omni genere scripturæ se insignivisset, ad ætatem septuaginta amplius annorum provectus, morbo articulari mortuus est, inter secundum et tertium bellum Punicum (Euseb. in Chron. Sueton. de illust. Gram. cap. II.)

In hac editione secuti sumus illam quam Hieronymus Columna in lucem dedit (Amstelodami, 1707) necnon Annalium editionem, quæ Lipsiæ (A. D. 1825) opera et studio E. S. ad mundum prodiit. Satis habuimus factum iri, si supponerentur loci ubi singula fragmenta invenirentur, nec difficiliores intellectu voces omnino interprete carerent. Conjecturæ ter aut amplius indulsimus, sed imprimis cautum est, ne, id quod his lucubrationibus persæpe accidit, liber mole sua laboraret.

INDEX CARMINUM.

PAG.

I. Annales 1
II. Phagetica 38
III. Epigrammata 39
IV. Scipio 40
V. Epicharmus..... 40
VI. Alexander 42
VII. Satyræ 43
VIII. Protreptica 45
IX. Præcepta..... 45
X. Medea 45
XI. Iphigenia..... 47
XII. Achilles 49
XIII. Ajax 49
XIV. Telamon 49
XV. Hectoris Lustra . 51
XVI. Asotus 53
XVII. Andromache 53
XVIII. Hecuba..... 55
XIX. Eumenides 56
XX. Dulorestes..... 56

PAG.

XXI. Erechtheus .. 57
XXII. Cresphontes .. 57
XXIII. Athamas..... 58
XXIV. Andromeda .. 58
XXV. Telephus 59
XXVI. Thyestes 60
XXVII. Phœnix 61
XXVIII. Melanippa 62
XXIX. Alcmæon 62
XXX. Cressæ 63
XXXI. Alcestis..... 63
XXXII. Nemea 62
XXXIII. Iliona 63
XXXIV. Amphithrason 64
XXXV. Ambracia 64
XXXVI. Pancratiastes 64
XXXVII. Euemerus 65
XXXVIII. Ex incert. Car. 69
XXXIX. Alia Frag..... 71

Q. ENNII OPERA.

I. ANNALES.

LIB. I.

1 Horrida Romuleûm certamina pango duellûm;
2 Musæ, quæ pedibus magnum pulsatis Olumpum,
3 *Musæ,* quas memorant Casmœnas esse *Latini,*
4 Lunaï portum est operæ cognoscere, cives!
5 ..... visus Homerus adesse poeta;
6 Hei mihi! qualis erat! quantum mutatus ab illo!
7 Tum memini, fieri me pavum.

Fragmentum 1. L. Calp. Piso de cont. vet. poet. (apud Merulam)—2. Serv. ad Virgil. Æn. XI, 660. Varro L. L. VI. —3. Varro L. L. VI. Quas in Italico typo expressimus voces, ex emendatione aut conjectura profluunt.—4. Schol. ad Persii Sat. VI, 9. Portus, cui propter oræ curvaturam nomen Lunæ inditum, apud Ligures est.—5. Cic. Academ. IV, 16.—6. Serv. ad Virg. Æn. II, 274.—7. Donat. ad Ter. Andr. II, 5, 18; ad Phorm. I, 2, 24; ad Adelph. I, 2. Charis. Lib. I. Inst. gramm. In hoc versu res est de doctrina Pythagorea, secundum quam eadem anima Ennium, quæ antea Homerum, animare putata est. Vide Persium qui vocat Ennium "Quintum

8 Nec quisquam sophiam, sapientia quæ perhibetur,
In somnis vidit priu' quam sam discere coepit.
9 Te nunc sancta precor Venus, et genetrix patri' nostri,
Ut me de cœlo visas cognata parumper ;
10 Teque, Quirine pater, veneror, Horamque Quirini,
11 Teque pater Tiberine, tuo cum flumine sancto,
12 *Teque* Mavors, ...
13 Dædala ..... Minerva
14 Quum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo,
15 Corpore Tartarino prognata Paluda virago,
Quoi par Imber et ignis, Spiritus, et gravi' Terra ;
16 Quæque freto cava cœruleo cortina receptat ;
17 Quos omnes Erebo perhibent et Nocte creatos,
18 ..... Saturno, quem Cœlu' genuvit.
19 Assaraco natus Capus optimus ; isque pium ex se
Anchisen generat .....
20 Atque Anchises doctu', Venus quem pulcra dearum
Fari donavit, divinum pectus habere.

---

pavone ex Pythagoreo."—8. Festus "*Sas* Verrius putat significare *eas*, teste Ennio," &c. Josephus Scaliger versum ad præsentem formam revocavit.—9. Nonius : Parumper, "cito et velociter," &c.—10. Nonius : Hora. Intellige Hersiliam, de cujus apotheosi sub nomine Horæ vide Ovid. Metam. XIV sub fine.—11. Macrob. Saturn. VI, 1.—12, 13. Calpurnius de cont. vet. poet. L. 1.—14. Priscian. Lib. II.—15. Varro L. L. VI. Corpus Tartarinum *Chaos* designat : Paluda virgo sive Paludata virgo *Minervam* sive *Aëra*. vide Diod. Sic. Lib. I.—16. Varro L. L. VI. Cava cortina, *cavum cœli :* fretum cœruleum, *æther* sive *superficies cœli*.—17. Parrhasius de reb. per epis. quæs. ad Ant. Tiles.—18. Nonius : Cœlum.—19. Philargyr. ad Virg. Ge. III, 35.—20. Probus ad

21 ..... armis
Conditur Alba potens .....
22 Nam vi depugnare sues stolidi soliti sunt.
23 Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant,
24 Quam primum casci populi tenuere Latini,
25 Quos homines quondam Laurentis terra recepit.
26 Excita quum tremulis anus attulit artubu' lumen,
Talia commemorat lacrumans exterrita somno :
" Eurudica prognata, pater quam noster amavit,
Vires, vitaque corpu' meum nunc deserit omne ;
Nam me visus homo pulcher per amœna salicta
Et ripas raptare, locosque novos ; ita sola
Post-illa, germana soror, errare videbar,
Tardaque vestigare, et quærere te, neque posse
Corde capessere ; semita nulla pedem stabilibat.
Exin compellare pater me voce videtur
His verbis : O gnata ! tibi sunt ante ferundæ
Ærumnæ, post ex fluvio fortuna resistet !
Hæc effatu' pater, germana, repente recessit,
Nec sese dedit in conspectum, corde cupitus,
Quanquam multa manus ad cœli coerula templa
Tendebam lacrumans et blanda voce vocabam.
Vix ægro tum corde meo me somnu' reliquit."

Virgil. Ecl. VI, 31.—21. Glossarium Guil. Fornerii MS. apud Merulam.—22. Festus: Stolidus.—23. Macrob. Sat. VI, 1.—24. Varro L. L. VI.—25. Priscian. VII.—26. Cicer. Divin. 1, 20. Ilia anui, quam tenere amavit atque sororem appellat, narrat somnium suum. *Post ex flavio*, &c. id est: Fortuna post multas ærumnas se rursum sistet tibi æqua et benigna ex Tiberi.

27 ..... ut Ilia reddita nuptum
28 Ilia, dia nepos, quas ærumnas tetulisti !
29 ..... cetera, quos peperisti,
Ne cures ! .....
30 .... imperiosæ.
31 Hæc effatus ibus, latrones dicta facessunt,
32 ..... destituunt rivos, camposque remanant,
33 Perque fabas repunt et mollia crura reponunt,
34 ..... fortunas ecquas cepere, latrones
Inter se serere .....
35 ..... pede ruit .....
36 ..... lupu' femina fœta repente
Procubuit ..... 37 geminique hinc ubera circum
Ludunt pendentes pueri, *tum* lambere matrem
Impavidi .....
38 Dulciferæ fici lactantes ubere toto.
39 Postquam consisti fluvium, qui est omnium princeps
Qui sub civilia .....
40 Indutuetur ibus lupu' femina, conspicit omnes

MERULA.—27. Serv. ad Virg. Æn. III, 335.—28. Charis. Lib. I.—29. Serv. ad Virg. Æn. IX, 656.—30. Cic. de repub. 1, 2, "urbes magnas atque *imperiosas* ut appellat Ennius."—31. Nonius: ibus i. e. iis. Festus: *Latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant.*—32. Festus, *remanant*, i. e. *remeant*. ex emendatione Scaligeri est.—33. Serv. ad Virg. G. III, 76. de gruibus dict.—34. Nonius: Latrocinari.—35. Festus.—36. Serv. ad Æn. II, 355.—37. Serv. ad Virg. Æn. VIII, 630.—38. Charisius L. I. Ubere toto i. e. *distentis uberibus*, COLUMNA. —39. Fronto de Orat. II, 5. apud Maium T. II, p. 267. Locus corruptissimus.—40. Nonius: Parumper. ibus pro iis ut supra.

In campo celeri passu præsto esse parumper;
Coniicit in silvam sese .....
41 ..... descendidit .....
42 Surremsit .....
43 ..... pars
Ludicre iactant, saxa inter se licitantes,
44 ..... stipites ..... abiegnos .....
45 Qui vicit, non est victor, nisi victu' fatetur.
46 Olli respondet rex Albaï Longaï:
47 Ast hic, quem nunc tu tam torviter increpuisti,
48 Nascere quæ populos terraque marique lacesses
Belli turbine præpropero, concussa tremiscent
Cuncta acreis a te vireis .....
49 ..... In Roma Troia revixsti!
50 Curantes, magna cum cura concupientes
Regni, dant operam simul auspicio, augurioque.
Hinc Remus auspicio se devovet, atque secundam
Solus avem servat. At Romulu' pulcher in alto
Quærit Aventino, servans genus altivolantum.
Certabant, urbem Romamne Remamne vocarent;
Omnis cura viris, uter esset Induperator.
Exspectant; veluti, Consul quum mittere signum

—41. Aul. Gell. N. A. VII, 9 et Gronovii ad h. l. not.—42. Festus. —43. Nonius: Licitari.—44. Festus.—45. "Versum nobilissimum excitant H. Columna, et Merula e Servianis schedis ap. P. Danielem; sed frustra eum quæsivi in edit. Virgil." E. S. Lips. 1825.—46. Donatus de 9 metapl. spec.: Atilius Fortunatianus.—47. Nonius: Torviter.—48, 49. Calp. Pis. MS. de cont. vet. poet. Lib. I.—50. Cic. de Divin. I, 48. Icta foras lux, Wakefield in Silva Crit.

Vult, omnes avidi spectant ad carceris oras,
Quam mox emittat pictis ex faucibu' currus ;
Sic exspectabat populus, atque ora tenebat
Rebus, utri magni victoria sit data regni.
Interea sol albu' recessit in infera noctis ;
Exin candida se radiis dedit icta foras lux,
Et simul ex alto longe pulcherrima præpes
Læva volavit avis ; simul aureus exoritur sol.
Cedunt ter quatuor de cœlo corpora sancta
Avium, præpetibus sese pulcrisque locis dant.
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora,
Auspicio regni stabilitaque scamna solumque.
51 ..... his nata auspiciis illa incluta Roma.
52 Septingenti sunt paullo plus vel minus anni,
Augusto augurio postquam incluta condita Roma est.
53 Qua murum fieri voluit, urgentur in unum,
54 Quum sævo obsidio magnum Titana premebat
55 Juppiter, ut muro fretu' magi', quamde manuum vi.
56 Audire est operæ pretium, procedere recte,
Qui rem Romanam Latiumque augescere vultis.
57 Nec pol homo quisquam faciet impune animatus
Hoc, nisi tu, nam mi calido dabi' sanguine poenam.
58 ..... Saturnius olli

IV, 78, legit *acta foras lux.*—51. Serv. ad V. Æn. VII, 678.—52. Varr. de re rust. III, cap. 1. Sueton. Aug. c. 7. vid. Niebuhrii H. Rom. T. I.—53. Nonius.—54. Nonius : Obsidium.—55. Festus, qui dicit "*Quamde pro quam usos esse antiquos,*" &c.—56. Acron et Porphyr. ad Hor. Stat. I, 2, 51.—57. Macrob. Saturn. VI, 1. Serv. ad. Virg. Æ. IX, 422.—58. Varro L. L. IV.

Nomen erat, de quo late Saturnia terra.
Exit per terras postquam celerissimu' rumor;
Festivumque diem festinant .....
Virgine' nam sibi quisque domos Romanu' rapit sas.
..... fusis, sine mente, sine ullo
Subjicerent .....
Quis pater aut cognatu' volet vos contra tueri?
Aversabuntur semper vos vestraque vulta!
Occiduntur, ibus potitur ratu' Romulus, prædam
Dispertit .....
Exspoliantur eos, et corpora nuda relinquunt;
Ferro fœdati ..... iacent .....
Quum superûm lumen nox intempesta teneret.
Adgrettus fari: Divumque hominumque pater, rex,
..... Saturno sancte create,
Qui cœlum versas stellis fulgentibus aptum,
..... qui fulmine claro
Omnia per sonitus arces, ...
Tu face vero, quod te cum precibus, pater, oro!
..... populoï Romanoï.

---

cujus verba soluta oratione ex Enniano opere hausta in formam versus revocavit Jos. Scaliger.—59. Priscian. L. VII.—60. Serv. ad V. Æn. IX, 401.—61. Festus: "*Sas Verrius putat significare eas, quum suas magis videatur significare.*"—62. Nonius: Fundere. sed incertum est an hoc Ennii sit fragmentum—63. Varro L. L. VI, auctoris nomine suppresso.—64. Nonius.—65. Festus.—66. Donat. de schemat. sine auctoris nomine.—67. Serv. ad V. Æn. III, 241.—68. Macrob. Saturn. VI, 1.—69. Festus. Varro, L. L. IV.—70. Serv. ad V. Æn. X, auctore non indicato.—71. Macrob. Saturn. VI, 1.—72. Serv. ad V. Æn. I, 35.—73. Festus.—74. Victorin. de Orthographia, auctoris nomine non indicato.

75 ..... rex deinde citatus
Convellit sese .....
76 Iam cata signa ferum sonitum dare voce parabant.
77 Flentes, plorantes, lacrumantes, obtestantes,
Mœrentes, flentes, lacrumantes ac miserantes.
78 ..... Neriene Mavortis
79 O Tite, tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti.
80 Ast te non ut sum, summam servare decet rem
81 Alternum seritote diem concorditer ambo.
82 Accipe, daque fidem, fidusque feri bene firmum!
83 ..... quem super ingens
Porta tonat cœli ..... 84 ager oppletur
Imbrium fremitu ..... 85 pilam vix
Sol mediam complere ; cohum terroribu' cœli
86 ..... repostus
87 Transnavit citu' per teneras caliginis auras.
88 Juno, Vesta, Ceres, Deiana, Minerva, Venus, Mars,
Mercurius, Jovi', Neptunus, Vulcanus, Apollo,
89 Divi ævi integri cœnacula maxima cœli;

—75. Serv. ad V. Æn. IX, 10.—76. Varro L. L. VI.—77. Auctor. ad Herenn. IV, 12. Charis. L. IV. Donatus de schem. XIII.—78. A. Gell. N. A. XIII, 21.—79. Donat. de schem. XI. Charis. IV. Priscian. XI.—80. Festus: "*sum pro eum*," &c.—81. Charis. II.—82. Macrob. Sat. VI, 1. "*fœdus, quod fidus scripsit Ennius.*" —83. Senec. Epist XIX, 19.—84. Serv. ad V. G. I, 12.—85 Scalig. ex veteri membrana. " Turnebus (advers. XX, 29) eum ita ait in antiquissimo H. Memmii libro scriptum reperisse. *Cous est*, quo cœlum continetur, unde Ennius : Vix solum complere coum terroribu' cœli." COLUMNA.—86. Serv. ad V. Æn. I 26.—87. Philarg. ad V. G. IV, 57.—88. Apul. de Deo Socratis.—89. Serv. ad

90 Considunt tectis bipatentibus .....
91 Constitit inde loci propter sos Dia Dearum.
92 Unus erit, quem tu tolles in cœrula cœli
Templa .....
93 Respondet Juno Saturnia sancta dearum :
94 O genitor noster Saturnie, maxime divum
95 ..... runata recedit.
96 Juppiter hic risit, Tempestatesque serenæ
Riserunt omnes risu Jovis omnipotentis ;
97 ..... divum domus altisonum cœl.
98 Romulus in cœlo cum Diis genitalibus ævum
Degat .....
99 Pectora dura tenet desiderium, simul inter
Sese sic memorant ; o Romule, Romule die,
Qualem te patriæ custodem dii genuerunt !
Tu produxisti nos indu luminis oras,
O pater, o genitor, o sanguen Diis oriundum !

LIB. II.

100 Ingens cura mi' cum concordibus æquiparare.
101 Ecquis extiterit, Romæ regnare quadratæ ?

V. Æn. IX, 256. Tertull. adv. Valentinianos. Supple "implent." —90. Serv. ad V. Æn. X, 5.—91. Festus: "*sos pro eos*," &c.—92. Varro, L. L. VI.—93. Donatus. Serv. ad V. Æn. IV, 576.—94. Priscian. I, sine auctoris nomine.—95. Festus: "*runa genus teli significat.—runata, i. e. pilata.*"—96. Serv. ad V. Æn. I, 254. —97. Auson. Monosyl.—98. Cic. Tusc. 1, 12.—99. Cicero de repub. II, 41.—100. Priscian. XIII, "*mis dixit pro mei*"—101

102 ..... musarum
Pompilius cluvit .....
103 Quum tonuit lævum bene tempestate serena,
104 Contremuit templum magnum Jovis altitonantis
105 Olli respondet suavis sonus Ægeriaï :
106 Mensas constituit, idemque ancilia primus,
Libaque, fictores, argeos et tutulatos.
107 Mi, reliquæ fidei, regno vobisque, Quirites,
Res fortunatim, feliciter ac bene vertat.
108 Si quid me fuvit humanitus, ut teneatis.
109 ..... quianam legiones cædimu' ferro ?
110 Quamde tuas omnes legiones ac populares.
111 ..... hæc inter sese tota vi tuditantes
112 Adnuvit sese, mecum decernere ferro.
113 Hic occasu' datus ; at Horatius inclutu' saltu
114 Qui ferro minitaris, ut in te ningulu' modo
Ire queat .....

Festus.—102. Nonius : cluet.—103. Cic. de Divin. II, 39.—104, 105, 106. Varro, L. L. VI, "Liba, quod libandi causa fiunt, fictores dicti a fingendis libris ; Argei ab Argis. Argei fiunt e scirpeis virgultis, simulacra sunt hominum triginta ; ea quotannis a ponte sublicio a sacerdotibus jaci solent in Tiberim. Tutulati dicti hi, qui in sacris in capitibus habere solent, ut metam : id tutulus appellatur, ab eo quod matres-familias crines convolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos, dicunt tutulos, sive ab eo, quod tuendi causa capilli fiebant, sive ab eo quod altissimum in urbe quod est, ea res tutissima, tutulus vocatur."—107. Nonius : Fortunatim.—108. Festus. Si quid mihi humani contigerit.—109. Serv. ad V. Æn. X, 6.—110. Festus. vid. 55 ante.—111. Festus : *Tuditantes*, i. e. *agentes*.—112. Priscian. IX.—113. Festus.—114.

115 ..... replet te lætificum gau
116 Ferro succidam, quam dictis his tolerarem,
117 Insexit ....
118 Accedit, sum qui dederat in luminis oras
119 Et simul effugit speres ita funditu' nostras
120 ..... Metieo Fufetieo
121 ..... tractatu' per æquora campi.
122 Iamque fere quatuor partum .....
123 Vulturus in silvis miserum mandebat homonem,
Heu quam crudeli condebat membra sepulcro!
124 At tuba terribili sonitu taratantara dixit.
125 Quumque caput caderet, sonitum tuba sola peregit,
Et pereunte viro raucus sonus ære cucurrit;
126 Oscitat in campis caput a cervice revolsum,
Semianimesque micant oculi, lucemque requirunt
Nequicquam; reliquæ carni nil est animaï.
127 At domus interior gemitu miseroque tumultu
Miscetur, penitusque cavæ plangoribus ædes
Femineis ululant: ferit aurea sidera clamor.

Festus: Ningulus, i. e. *nec ullus.*—115. Ausonius. Glossarium Fornerii MS. *gau, gaudium,* ut ante *cœl, cœlum.*—116. Festus: Tolerare.—117. Festus: *insexit* i. e. *dixit.*—118. Festus: *Sum pro eum,* &c.—119. Festus: "Speres antiqui pluraliter dicebant." pro spes.—120. Quintil. Or. inst. I, 9.—121. Columna ex Grammat. MS. e bibl. Carbonaria.—122. Charis. L. I.—123. Priscian: VI.—124. Serv. ad V. Æn. IX, 503.—125. Luctat. ad Statii Theb. XI, 56.—126. Calpurn- Piso MS. de contin. vet. poet. Serv. ad V. Æn. X, 396.—127. Serv. ad Virg. Æn. II, 486. qui dicit. "De Albano excidio translatus est locus." Quæ verba mihi quidem persuadere videntur, omnes hos tres versus nec solum primum,

128 ..... haud permaceret paries percussu' trifaci
129 ..... cœrula prata
130 Ostia munita est; idem loca navibu' pulchris
Munda facit, nautisque mari quæsentibu' vitam.
131 Europam Libuamque rapax ubi dividit unda,
132 ..... et Tiberis flumen vomit in mare salsum.

LIB. III.

133 Hic densis aquila pennis obnixa volabat
Vento, quem perhibent Graium genus aëra lingua.
134 ..... o domus Anci
Antiqua, heu! quam disparili domino dominare!
135 Post quam lumina sis oculis bonus Ancu' reliquit,
136 Tarquinio dedit imperium simul et sola regni
137 Inde sibi memorat unum superesse laborem,
138 Proletariu' publicitus scutisque feroque

---

ut doctissimi interpretes putaverunt, ex Ennianis annalibus a Virgilio esse desumptos.—128. Festus: Trifax telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur.—129. Festus.—130. Festus.—131. Cic. Tusc. I, 20. sine Auctoris nomine.—132. Macrob. Saturn. VI, 4.—133. Probus ad V. Ecl. VI. "Clericus in Liv. I, 34. versus quosdam adoratus est, forsan ex Ennio desumtos."

Jovis ales
Cœlo suspensis demissa est leniter alis,
Aufert ille apicem volitans, apteque reponit.
Inde sublimis abit.

—134. Cic. off. 1, 39. non indicato auctore.—135. Festus: "*sos* pro *suos*"—136. Festus: solum.—137. A. Gell. N. A. I, 22.—138. A.

Ornatur ferro ; muros, urbemque, forumque
Excubiis curat .....
Postquam defessi sunt, stant et spargere sese
Hastis, ansatis concurrunt undique telis
Deque totondit agros lætos, atque oppida cepit.
Circum sos quæ sunt magnæ gentes opulentæ
..... pôstumque turanni
Tarquinii corpus bona femina lavit et unxit.
Olim de cœlo lævum dedit inclutu' signum
Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent
Hac noctu filo pendebit Etruria tota
..... insomnia .....
Haud temere 'st, quod tu tristi cum mente gubernas.
Deducunt habiles radio, filo gracilento
..... tappetem .....
Cœlum prospexit stellis fulgentibus aptum
.... versat
Mucronem .....
Diriu' supplicium sceleris violentia poscit.

Gell. N. A. XVI, 6. "*Nonius: Proletarii cives dicebantur, qui in plebe tenuissima erant, et non amplius quam mille et quingentis æris in censum deferebant.*"—139. Macrob. Sat. VI, 1.—140. Calpurn. Piso MSS. Lib. II, cap. de tmesi. —141. Festus: "*sos* pro *eos.*"—142. Serv. ad V. Æn. VI, 219. Glossar. Fornerii MSS. "tostumque tyranni," &c. *postum* i. e. *positum* ex Merulæ conjectura est.—143. Nonius. —144. Festus: *Prodinunt, prodeunt.*—145. Macrob. Sat. I, 4. —146. Serv. ad V. Æn. IV, 9.—147. Serv. ad V. Æn. IX, 329. —148. Nonius: Gracilitudo.—149. Festus.—150. Macrob. Sat. VI, 1.—151. Serv. ad V. Æn. IX, 747.—152. Glossar. Fornerii MS.

LIB. IV.

153 ..... gravius autem
Non contemnere se, et reges odisse superbos.
154 Gnatis parce tuis .....
155 ..... decem coclites, quos montibu' summis
Ripæis fodere .....
156 At Romanus homo, tamen etsi res bene gesta'st,
Corde suo trepidat, delicto Coclite .....
157 ..... quo sospite liber
158 Vos etenim iuvenes animos geritis muliebres,
Illa virago viri .....
159 Insidit currum dictator ubi, oppidum ad usque
Pervehitur .....
160 ..... bellum
Æquis de manibus nox intempesta diremit.
161 Frugi homo .....
162 Nobis unde forent fructus vitæque propagmen
163 ..... tetenderit endo suam do
164 ..... Nonis Junis soli luna obstitit et nox.
165 Inde patefecit radiis rota candida cœlum,
166 Atque atque accedit muros Romana inventus.
167 Romani scalis summa nituntur opum vi,

—153. Cic. Ep. ad Att. VI, 3.—154. Serv. ad V. Æn. X, 532. —155. Varro L. L. VI.—156. Gloss. Fornerii MS.—157. Festus.—158. Cic. de off. I, 18.—159. Varro L. L. IV.—160. Acron ad Hor. Ep. II, 2, 97.—161. Priscian. L. VI.—162. Nonius: propagmen, propago.—163. Cosentii Ars de barbaris. ed. Cram. Berolin. 1827. Charis. L. IV, de apoc. "*do* hoc est *domum*." —164. Cic. de rep. I, 16.—165. Isidor. Orig. XVIII, 36.—166. Aul. Gell. N. A. X, 19.—167. Macrob. Sat. VI, 1.—

168 Indignas turres ..... teloque trabali
169 ..... Volscus perdidit Anxur.
170 Massili portant juvenes ad littora tanos
171 Ardent urbem orbam .....
172 Quum somno sese exsiccat Romana iuventus.
173 Omnes corde patrem præbent animoque benigno
Circum fusum .....
174 Optima cum pulcris animis Romana juventus.
175 Tantidem, quasi fœta canes sine dentibu' latrat.

LIB. V.

176 Moribus antiquis res stat Romana virisque!
177 Cives Romani tunc facti sunt Campani
178 Romani muris Albam cinxerunt Longam
179 Sulfureas posuit spiramina Naris ad undas

168. Serv. ad V. Ecl. X, 10.—169. Festus.—170. Hunc versum, a Donato (de trop.) sine auctoris nomine citatum, Ennio ascribunt Columna et Merula. *Massili p. j. a. l. tanos* pro *Massilitanos.*—171. Cicero de Orat. 27.—172. Luctat. ad Stat. Theb. V, 199.—173. Donat. ad Ter. Ph. V, 8, 40.—174. Donat. ad Ter. Ph. III, 1, 1.—175. Varro L. L. VI, alii legunt *canes sit, dent. l.*—176. Cic. de rep. V, 1, et Volcat. Gallican. in vit. Cass. Avidi cap. V.—177. Victorinus de metris sine auctoris nomine: Ennio ascribitur a Columna, Dousa et Merula.—178. Diomedes lib. III, suppresso auctoris nomine: Ennio a Dousa et Merula ascribitur.—179. Priscian. (lib. VI,) ex Annalium lib. VI, hunc versum citat. Editio Lipsiana (1825) ad Lib. V, suppressa ratione revocavit: res levis

180 ..... Divi, hoc audite parumper,
Ut pro Romano populo prognariter armis
Certando, prudens animam de corpore mitto.
181 Se tum, sicut equus, qui de præsepibus actus
Vincla suis magnis animis abrumpit, et indu
Fert sese campis per cœrula lætaque prata,
Celso pectore, sæpe jubam quassat simul altam,
Spiritus ex anima calida spumas agit albas;
182 Iniicit irritatu', tenet occasu', juvat res.
183 Disperge hostes, distrahe, diduc, divide, disser!
184 Cogebant hostes lacrimantes, ut misererent
185 ..... ducuntur forte ligati
Minturnenses .....
186 ..... tergum igitur sagu' pinguis opertat.
187 Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen.
188 ..... ansatas mittunt e turribus *hastas*.

LIB. VI.

189 Quinctus in occulto mussabat .....
190 Navu' repertus homo, Graio patre, Graius homo, rex

momenti.—180. Nonius: Prognariter.—181. Macrob. Sat. VI, 3.—182. Festus: occasus "pro occasione."—183. Glossar. Fornerii MS.—184. Priscian lib. VIII.—185. Victorinus (de carm. heroico) has voces ut versum spondiacam efficientes citat: quæ si ita sint, *forte ligati* aut metrum immutasse aut cum aliis quibusdam vocibus commutari necesse est.—186. Nonius: tergus.—187. Macrob. Sat. VI, 4.—188. Nonius: ansatæ.—189. Festus.—190. Festus: Navus,

191 Æmoni', Burrus, uti memorant, a stirpe supremo.
192 ..... qui est omnibu' princeps,
193 Effundit voces proprio cum pectore sancto :
194 Aio te Æacida Romanos vincere posse !
195 ..... stolidum genus Æacidarum !
Bellipotentes sunt magi' quam sapientipotentes.
196 Apta, dato signo, loca turritis elefantis
Explorant Numidæ ; totam quatit ungula terram,
197 It nigrum campis agmen .....
198 Barritu pecudum titubantes arma requirunt.
199 ..... telo
Transfigit corpus, saxo cere comminuit brum.
200 ..... tetrosque elefantos.
201 Vertitur interea cœlum cum ingentibu' signis ;
102 Tum cum corde suo Divum pater atque hominum rex
Effatur : .....
203 Lumen ..... scitus agaso
204 Ut primum tenebris abiectis inalbabat
Orta dies .....
205 ..... qui ante hac
Invicti fuvere viri, pater optime Olumpi,
Hos ego in pugna vici, victusque sum ab iisdem.

" celer ac strenuus."—191. Nonius.—192. Cic. Orat. cap. 48.—193. Serv. ad V. Geo. II, 424.—194. Cic. de Divin. II, 56. Minut. Fel. Octavio. Aurel. V. de vir. illust. 35. Diomed. L. I. Isidor. Orig. 1, 33. Priscian L. XVIII.—195. Cic. de Div. II, 56.—196. Gloss. Fornerii MS. Macrob. Sat. VI, 1.—197. Serv. ad V. Æn. IV, 404.—198. Macrob. Sat. VI, 1.—199. Calpurn. MS. Serv. ad V. Æn. 1, 416. Donat de trop. cere comminuit brum. pro ' cerebrum comminuit' figura Tmesi.—200. Isidor. Orig. X.—201, 202. Macrob. Sat. VI, 1.—203. Festus.—204. Achilles Tat. ad Catul.—205. Inscrip-

206 Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis ;
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro, vitam cernamus utrique.
Vosne velit, an me regnare hera, quidve ferat, Fors,
Virtute experiamur. Et hoc simul accipe dictum :
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorumdem me libertati parcere certum'st.
Dona ducite, doque volentibu' cum magnis Diis.
207 ..... redinunt
In patriam .....
208 Aut animis superant asperrima *fun*era belli
Ac spernunt .....
209 Quo vobis mentes, rectæ quæ stare videbant
Antehac, dementes sese flexere viaa ?
210 Sed quid ego hic animo lamentor ? .....
211 Orator sine pace redit, regique refert rem :
212 ..... decretum'st, fossare corpora telis,
213 Dum quidem unus homo Romæ toti superescit.
214 ..... nam me gravis impetus Orci
Percutit in latus .....
215 ..... hostili tamen irruit ictu,
Perculit in latus ..... revulso et stipite miles,

---

tio est a Pyrrho templo Tarentini Jovis affixa. Orosius Lib. IV, c. 1, sine nomine Auctoris, qui indubie Ennius est.—206. Cic. de off. I, 12. " Pyrrhi de captivis reddendis præclara sententia."—207. Festus.—208. Virgilii Interpretes a Maio editi p. 46.—209. Cic. Cato Maj. 6. Verba sunt cœci Appii Claudii, pacem cum Pyrrho Romanis dissuadentis.—210. Donat. in Phorm. V, 4, 2.—211, 212. Varro L. L. VI.—213. Festus : *Superescit signif. supererit.*—214. Serv. ad V. Æn. 1, 85.—215. Festi schedæ in hoc loco admodum corruptæ

Qui jactu valido percussit parmam .....
Qui potis ingentes oras evolvere bell
Quem nemo ferro potuit superare nec auro,
..... Anionem
Brundisium pulcro præcinctum præpete portu.

LIB. VII.

.... scripsere alii rem
Versibu', quos olim Fauni Vatesque canebant,
Quum neque Musarum scopulos quisquam superârət,
Nec dicti studiosus erat .....
..... ante hunc.
Nos ausi reserare ..... (221) longos
Versus .....
Sed neque me decet hæc carinantibus edere chartis,
Nam latos populos, res atque poemata nostra
Cluvebit .....
..... Poenos Didone oriundos
Sed sola terrarum postquam'st permensa parumper
Poeni sunt soliti, sos sacrificare puellos
Divis .....

---

sunt.—216. Macrob. Sat. VI, 1. Quintil. VI, 4. Diomed. Lib. I. —217. Cic. de repub. III, 3. Hoc. de M.'Curio dictum est.—218. Serv. ad V. Æn. VII, 683.—219. Aul. G. N. A. VI, 6.—220. Cic. in Brut. cap. 18, et in Orat. 51. Varro L. L VI. Aurel. V. in Orig. 5.—221. Cic. de leg. II, 27. Isidor. Orig. 1, 37.—222. Serv. ad V. Æn. VIII, 6, " Carinare est obtrectare."—223. Probus in arte instit. ap. Columnam.—224. Priscian. Lib. VI.—225, 226. Fes-

227 ..... Poeni stipendia pendunt
228 ..... tunicata juventus.
229 Appius indixit Kartaginiensibu' bellum
230 ..... unus
Suru' surum ferret, tamen defendere posset.
231 At non quadrupedes equites .....
232 ..... legio reditu rumore ruinas
233 ..... auferre domos, populi rumore secundo
234 Rurescunt frundes ..... (235) longique cupressi
Stant rectis foliis, et amaro corpore buxum.
236 Capitibu' nutantes pinus, rectosque cupressos
237 Incidunt, arbusta prælta securibu' cædunt;
Percellunt magnas quercus; exciditur ilex,
Fraxinu' frangitur, atque abies consternitur alta;
Pinus proceras pervertunt; omne sonabat
Arbustum fremitu silvaï frondosaï.
238 Idem campus habet textrinam navibu' longis
239 Et melior navis, quam quæ stlataria portat
240 Ut clavum rectum teneant, navimque gubernent.
241 ..... tonsam arte tenentes
Parerent; observarent, portisculu' signum
Quum dare cœpisset .....

---

tus. Nonius: *Puellos, pueros.*—227. Varro L. L. IV.—228. Nonius.—229. Cicero hunc versum sine auctoris nomine citat, sed haud dubio Ennii est.—230. Festus: versus a Merula emendatus est — 231, 232, 233. Nonius.—234. Charis. Lib. I. Scaliger *rarescunt* legit.—235. Philarg. ad V. G. II, 449.—236. Nonius.—237. Macrob. Sat VI, 2.—238. Serv. ad V. Æn. XI, 326 *Græce* ναυπήγια *Latine textrina.*—239. Schol. Juven. Sat. VII, 130.—240. Isidor. Orig. XIX, 2.—241. Nonius: *Portisculus—hortator remi-*

242 Poste recumbite, vestraque pectora pellite tonsis!
243 Pone petunt, exin referunt ad pectora tonsas.
244 Hortatore bono priu' quam iam finibu' termo est,
245 ..... quasi Hellespontus
246 ..... fuso sanguine sacrem
247 Ista macella .....
248 ..... patrem divumque hominumque
249 Dux *erat* ipse vias *per* salsum humorem
250 Conferta pulcre rate, inærataque perite,
Per liquidum mare eunt, sudantes atque sedentes;
251 Labitur uncta carina per æquora cana; celones
252 ..... aplustra.
253 Multa foro ponens, ageaque longa repletur
254 Una trabes remis *sulcat* rostrata per altum,
255 Ingenti vadit cursu, qua redditu' termo est;
256 Mulserat huc navim compulsam fluctibu' pontus;
257 Impetus haut longe mediis regionibu' restat.
258 Alter nare cupit, alter pugnare paratu'st
259 Dum censent terrere minis, hortantur ei sos:

---

gum.—242, 243, 244. Festus.—245. Varro L. L. VI.—246. Festus: *sacrem—ponitur pro hostia.*—247. Caper de orthographia.—248. Cic. de Nat. Deor. II, 2.—249. Priscian. lib VI, *genit. in -as.*—250. Varro L. L. VI, habet *conferre aut natem æratam qui perit et qui dum mare sudantes eunt atque sedentes.* Emendavit versus Scaliger.—251. Isid. Orig. XIX, 1. *Celones—veloces—biremes—ad ministerium Classis aptæ.*—252. Gloss. Benedict.—253. Isid. Orig. XIX, 1. *Agea, via in navi per quam ad remiges hortator accedit.*—254. Varro L. L. VI. Ennio ascribunt versum Columna et Merula.—255. Festus.—256. Priscian. lib. IX.—257, 258, 259. Festus.—260, 261. Macrob. Sat. VI, 1.—262. Serv. ad

260 Non semper vestra evertit, nunc Juppiter hac stat;
261 Fortibus est fortuna viris data; (262) eia! machæras
263 Porgite .....
264 ..... vita illa dignu' locoque
265 ..... dictis Romanis incutit iram.
266 Atque manu magna Romanos impulit omnes.
267 Africa terribili tremit horrida terra tumultu
Undique, multimodis consumitur anxia curis;
Omnibus indu locis ingens apparet imago
Tristitiæ, oculosque manusque ad sidera lassas
Protendunt, exsecrando duci' facta reprendunt
Poeni; pervertentes omnia, circumcursant.
268 ..... perculsi pectora Poeni
269 Tonsillis rapide configunt littus aduncis,
270 Navibus explebant sese terrasque replebant.
271 ..... evax'st
Aspis ab Attilio
272 Cuclopis venter, velut olim turserat, alti
Carnibus humanis distentus .....
273 ..... ratibusque fremebat
Imber Neptuni ..... (274) furentibu' ventis,

Æn. IX, 38.—263. Serv. ad V. Æn. VIII, 274.—264. Victorin. de metr. rat.—265. Serv. ad V. Æn. I, 73.—266. Virg. Interpr. a Maio edit. p. 45.—267. Calp. Piso MS. Lib. I.—268. Fabius Aquinas ait se hunc versum ex quodam Statii interprete vetustissimo excerpsisse.—269. Isid. Orig. XIX, 2, *tonsilla, uncinus ferreus vel ligneus, ad quem in littore defixum funes navium illigantur.*—270. Serv. ad V. Æn. VI, 545.—271. Charis. Lib. II. Corruptissimum hoc fragmentum, ita a recentissimo editore E. S. emendatum, etiamnum nullum sensum habet.—272. Priscian. lib. IX.—273.

275 ..... fluctusque natantes.
276 ..... equitum celerissimus .....
277 ..... ferinunt;
278 Denique vi magna quadrupes eques atque elefanti
Proiiciunt sese .....
279 Hæc abnu*it* ..... Quo tam temere iti', citate
Ac temere erratis? .....
280 Heu, quianam dictis nostris sententia flexa'st?
281 Quum illa ut, quæ iam semel est imbuta veneno
282 ..... remorbescat .....
283 Atque priu' pariet Lucam locusta bovem, quam
284 ..... nec dico ..... nec facio mu.
285 Amplius exangere obstito lumine solis
286 ..... multiplicant Romani funera late,
Qua Pollus furtim noctu summa arcis adortus
Mœnia, concubia, vigilesque repente cruentant
287 Hocce loquutu', vocat, quicum bene sæpe libenter
Mensam, sermonesque suos, rerumque suarum
Comiter impertit; magna quum lassu' diei
Parti fuvisset, de summis rebus gerundis
Consilio, indu foro lato, sanctoque senatu;

Serv. ad V. Æn. I, 127 et XI, 299.—274. Serv. ad V. Æn. I, 55. —275. Serv. ad V. Æn. VI, 705.—276. Charis. Lib. I.—277. Festus: *ferinunt pro feriunt.*—278. Macrob. Sat. VI, 9.—279. Virgil. Interpr. a Mais edit. p. 64.—280, 281, 282. Festus.—283. Varro L. L. VI. Elephantos Lucas appellatas fuisse e Varronis verbis satis liquet: cur vero ita dictæ sint, haud æque compertum.—284. Donat. ad Ter. And. III, 2, 25.—285. Festus: *obstitum obliquum.*—286. Glossar. Fornerii MS.—287. A. Gell. N. A. XII, 4. Hos versus in editt. var. corruptissimos se-

Quoi res audacter magnas parvasque, iocumque
Eloqueretur; tincta malis, et quæ bona dictu
Evomeret, si qua vellet tutoque locaret;
Quicum multa volutat gaudia clamque palamque;
Ingenio, cui nulla malum sententia suadet,
Ut faceret facinus levis aut malus; doctu', fidelis,
Suavis homo, facundu', suo contentu', beatus,
Scitu', secunda loquens in tempore, commodu', verbûm
Paucûm, multa tenens, antiqua, sepulta, vetusta;
Quæ faciunt mores veteresque novosque tenentem,
Multarum veterum legum, divumque hominumque
Prudentem, qui multa loqui tacereve posset.
Hunc inter pugnas compellat Servilius sic:
288 ..... postquam discordia tetra
Belli ferratos postes portasque refregit.
289 Illurii restant sicis sibunisque fodantes.

LIB. VIII.

290 Quæ valido venit contorta falarica missu.
291 ..... sagas ..... cœruleas .....
Termes; purpureis gemmavit pampinus uvis
292 Marsa manus, Peligna cohors, Vestina virum vis.
293 Ac contra carinans, verba atque obscœna profatur:

---

cundum Merulæ correctionem scripsimus.—288. Serv. ad V. Æn. VII, 622. Acron et Porphyr. ad Hor. Sat. I, 4, 60.—289. Festus. —290. Nonius.—291. Charis. L. I.—292. Charis. L. III, et Donat. de schem. auctoris nomine non indicato.—293. Serv. ad V. Æn.

294 Debil homo .....
295 Illic est nugator nihili, non nauci homo .....
296 Vocibu' concidat, faxim, ut obrutu' musset.
297 Audio, haud ausculto .....
298 Ausus es hoc ex ore tuo? (299) nil me increpitando
Commoves?..... (300) *si* quæ scis,
In vulgum vulgas, artemque expromis inertem,
301 ..... topper, quam nemo ..... meliu' scit.
302 Quis te persuasit? .....
303 Dico qui hunc dicare cupit .....
304 Fortes Romani *sunt*, quamquam cœlu' profundus
305 Ni metus ulla tenet, rite in virtute quiescunt.
306 Nos esse arquatos? surgamus, eamus, agamus!
307 ..... nec retrahi ..... potestur
Imperiis .....
308 ..... confricati
Lentatique ..... oleoque ad arma parati.
309 ..... nostri cessere parumper
310 Consiptum .....
311 ..... quod minimum'st, neque, ut aiunt, mu facere
audet.

VIII, 361. Vid. Ann. VII, 8.—294. Nonius.—295. Festus.—296. Varro L. L. VI.—297. Varro L. L. V.—298. Cic. ad Att. VI, 2.—299. Varro L. L. V.—300. Nonius.—301. Festus: *topper significare ait Artorius cito, fortasse, celeriter, temere.*—302, 303. Varro L. L. V.—304. Nonius: Charis. I.—305, 306. Nonius: *arquatus —morbus—ita stringit corpora, ut in arcum ducat.*—307. Diomedes, I.—308. Serv. ad V. Æn. III, 384.—309. Hirtius de bello Hisp.—310. Festus: *consiptum* pro *conseptum.*—311.

312 Unus homo nobis cunctando restituit rem,
Non ponebat enim rumores ante salutem,
Ergo magisque magisque viri nunc gloria claret.
313 Pellitur e medio sapientia; vi geritur res.
Spernitur orator bonus, horridu' miles amatur;
Haud doctis dictis certantes, sed maledictis,
Miscent inter sese inimicitias agitantes;
Non ex iure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.
314 Cum legionibu' quum proficiscitur induperator
315 ..... præcox pugna'st .....
316 Certare abnueo, metuo legionibu' labem.
317 Hostem qui feriet, mihi erit Kartaginiensis,
Quisqui' siet, cuiati' siet .....
318 Inde loci lituus sonitus effundit acutos,
319 Consequitur, summam sonitu quatit ungula terram;
320 Iamque fere pulvis ad cœlum vasta videtur
Fulva volat, ... (321) stant pulvere campi,
322 Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber;
323 Densantur campis horrentia tela virorum;
324 Horret ager, campique armis sublimibus ardent,
325 ..... Pes premitur pede et armis arma teruntur;
326 Clamor it ad cœlum, volitatque per æthera vagor.

Varro L. L. VI. 'mu facere' i. e. dicere 'mu' sive μῦ —312. Cic. de off. I, 25.—313. A. Gell. N. A. XX, 9. Cic. pro Muræna 14. Calpurn. Piso MS.—314. Cassiodor. de orthograph. II.—315. Nonius.—316. Diom. I.—317. Cic. pro Balbo 22.—318. Festus.—319. Macrob. Sat. VI, 1.—320. Nonius.—321. Porph. ad Hor. Od. I, 9, 1.—322. Macrob. Sat. VI, 1.—323. Priscian. Lib. IX.—324. Serv. ad V. Æn. XI, 62.—325. Hirtius in b. Hisp.—326.

327 Bombu' pedum .....
328 Vulgus hastarum .....
329 Iis pernas succidit iniqua superbia Pœni
330 ..... crateribus olli
Ex auratis hauserunt .....
331 Nunc hostes vino domiti somnoque sepulti
332 Aut occasus ubi tempusve audere repressit
333 Olli cernebant magnis de rebus agentes
334 Succincti gladiis media regione cracentes
335 In templis îsdem ..... (336) patrem divumque hominumque
337 Optuma cœlicolûm Saturnia magna dearum
338 Rastros dente faber rasit causa poliundi
Agri .....
339 Brutates ..... bilingues
340 Quintu' pater quartum fit Consul .....
341 Cum magno strepitu Vulcanum ventu' vegebat
342 Ob Romam noctu legiones ducere cœpit
343 ..... de muris res gerit Opscus
344 Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter
345 ..... mortalem summum Fortuna repente

Varro L. L. VI.—327. Fortunatianus in dial. de etymo. verbi disserens.—328. Serv. ad V. Æn. I, 194.—329. Festus.—330. Censorinus.—331. Macrob. Sat. VI, 1.—332. Festus.—333. Serv. ad V. Æn. XII, 709.—334. Festus. Nestor: *graceo* (sive *craceo)* unde venit *gracilis* adjectiv.—335, 336. Cic. orat. 47, et de Nat. deor. II, 2.—337. Priscian. Lib. XVII.—338. Nonius.—339. Festus. *Brutii et Osce et Græce loqui soliti sunt.* —340. Nonius.—341, 342, 343, 344. Festus. *Meddix apud Oscos nomen magistratus est.* Livius loquitur de *Mediastuticho, Meditutticho* sive *Medistritico.*—345. Nonius.—346. Macrob. Sat. II, 2.

Reddidit, ut summo e regno famul infumus essit;
346 ..... multa dies in bello conficit unus
Et rursus multæ fortunæ Forte recumbunt;
Haudquaquam quemquam semper Fortuna sequuta'st.

LIB. IX.

347 Livius inde redit magno mactatu' triumfo
348 Additur orator Corneliu' suaviloquenti
Ore Cetegus Marcu' Tuditano collega,
Marci filius; is dictus popularibus ollis,
Qui tum vivebant homines, atque ævum agitabant,
Flos delibatus populi, suadæque medulla.
349 Isque dies, post at Marcus quam regna recepit
350 Sed quid ego hæc memoro? dictum factumque facit frux
351 ..... viri validis cum viribu' luctant
352 ..... libertatemque ut perpetuassint
Maxume .....
353 ..... luchnorum lumina bis sex.
354 Vel tu Dictator, vel equorum equitumve Magister
Esto, vel Consul .....
355 O quantam statuam faciet, quantamque columnam

—347. Serv. ad V. Æn. IX, 641.—348. Cic. in Bruto 15.—349. Serv. ad V. Æn. III, 333.—350. Priscian. L. VI, *frux* pro *frugi homo*.—351, 352. Nonius.—353. Macrob. Sat. VI, 4.—354. Festus. —355. Trebell. Pollio in Claud. Hi versus in libro, quem Ennius

Romanus populus, res quæ ac tua gesta loquatur!
Scipio invicte .....
Desine Roma tuos postes *ornare tropæis,*
Namque tibi monumenta mei pepere labores;
Testes sunt campi magni .....

LIB. X.

Insece Musa, manu Romanorum induperator
Quod quisque in bello gessit cum rege Pilippo!
..... affatur Flamininum
Ille vir, haud magna cum re, sed plenu' fidei,
Egregie cordatus homo catus Ælius Sextus:
O Tite, si quid ego adjuero, curamve levasso,
Quæ nunc te coquit, et versat sub pectore fixa
Et qua deprimeris frustra noctesque diesque,
Ecquid erit præmii? .....
Tunc cœpit memorare simul cata dicta .....
Sollicitari te Tite sic noctesque diesque
..... animusque in pectore latrat,

---

de Scipione scripsit, positi sunt ab H. Columna, sed quia iste liber in trochaico metro scriptus est, eos in hunc Annalem revocavit editor recentissimus E. S. Lips. 1825.—356. Cic. Orat. 45.—357. Cic. de Orat. III, 42. et de fin. II, 32. *ornare trophæis* a Scaligeri conjectura est.—358. A. Gell. N. A. XVIII, 9.—359. Cic. Cato Maj. 1.—360. Tusc. I, 9. de Orat. I, 45. Varro L. L. VI.—361. Cic. Cato Maj. I. Ep. ad Att. XVI, 3.—362. Varro L. L. VI.—363. Cic. Cato M. I.—364. Varro L. L. IV.—365. Donat. ad

Regni versatam nunc summovere columnam,
Si veluti, quando vinclis venatica pernox
Apta silet, lustrum forte feram et nare sagaci
Sensit; voce suem nictit, ululatque ibi acuta,
Et .....
Ægro corde comas; passis palmis adaperta,
Et quasi suppremo lugentes tempora vultu,
Pinsibant terram genibus ....
Insignita fere tum millia militum octo
Duxit dilectos, bellum tolerare potentes.
..... adspectabat virtutem legionis
Suspectans, si mussaret, quæ denique causa
Pugnandi fieret, aut duri pausa laborie.
..... horitur induperator:
Non decet *hic* mussare bonos .....
Hæc nox præcessit stellis ardentibus apta.
Interea fugit albu' jubar Huperioni' cursum,
Solis equi funduntque elatis naribu' lucem.
..... cursus quingentos sæpe veruti
Inde Parum per cœrula navibus ambulabant,
Carbasus alta volat pandam ductura carinam,
Leucatem campsant.

Ter. Phor. II, 1, 57.—366. Festus.—367. Nonius.—368. Festus. —369. Diom. Lib. I.—370. Priscian. L. I.—371. Philarg. ad V. Georg. IV, 188.—372. Diom. L. I.—373. Festus.—374. Macrob. Sat. VI, 1.—375. Priscian. Lib. V, *albus jubar* aut Luna est aut (secundum Festum) ista stella, quam Græci φωσφόρον vel ἑσπέρον appellant.—376. Serv. ad V. Æn. XII, 115.—377, 378. Festus.—379. Luctat. ad Stat. Achill. I, 558.—380. Priscian. Lib. XI, *campsant* id. q. *prætereunt* significat.—

LIB. XI.

381 Tum clupei resonunt et ferri stridet acumen,
382 Missaque per pectus, dum transit, striderat hasta.
383 Quippe solent reges omnes in rebu' secundis
384 ..... Cereris ..... ære
Quin mundæ .....
385 Inter ponendum .....
386 Contendunt Græcos, Graios memorare solent sos;
Quod Græca lingua longos per tempori' tractus
Hos pavi .....
387 ..... et si
Mulier erubuit, ceu lacte et purpura mista.
388 Pendent peniculamenta unum ad quemque pedum;
389 Simia quam similis, turpissima bestia, nobis
390 ..... malo cruce fatum
Ut des, Juppiter .....
391 Nunc est illa dies, quum gloria maxima sese
Nobis ostendat, si vivimu' sive morimur!
392 Hispane non, Romane memoreti' loqui me
393 ..... rimantur utrique
394 Silvarum saltus, lamas latebrasque lutosas.
395 Alte elata specus, petrisque ingentibu' tecta.

381, 382. Priscian. Lib. VIII.—383, 384. Festus.—385. Serv. ad Ecl. IX, 24.—386. Festus.—387, 388. Nonius.—389. Cic. de nat. Deorum I, 35.—390. Nonius.—391. Priscian. lib. IX.—392. Charis. lib. II.—393. Festus.—394. Schol. Cruquian. ad Hor. Ep I, 13, 10.—395. Festus.—396. Serv. ad V. Æn. IX, 165.—397. A.

LIB. XII.

396 ..... vertunt crateras aënos.
397 Sicuti, si qui' ferat vas vini dimidiatum
398 Omn e smortales victores cordibu' vivis,
Lætantes, vino curatos, somnu' repente
In campo passim mollissumu' perculit acris.
399 Imprimitque genæ genam .....
400 Pandite, solti', genas et corde relinquite somnum!
401 ..... levesque sequuntur in hastis.
402 Quande .....

LIB. XIII.

403 Annibal audaci dum pectore de me hortatur,
Ne bellum faciam; quem credidit esse meum cor.
Suasorem summum et studiosum robore belli.
404 Invictus'st canis, atque sagax et viribu' fretus
405 ..... satin' vates verant in ætate agenda
406 Pontibus instratis coniunxit littora Xerxes,
407 Isque Hellesponto pontem contendit in alto.
408 Littora læta sonunt .....
409 Matronæ muros complent spectare faventes.

Gell. N. A. III, 14.—398. Priscian Lib. V.—399. Serv. ad V. Æn. VI, 686.—400. Festus: *soltis* sive *sultis* cont. pro *si vultis*.—401. Serv. ad V. Æn. V. 37.—402. Festus.—403. A. Gell. N. A. VII, 2.—404. Festus.—405. A. Gell. N. A. XVIII, 2.—406. Versum sine auctoris nomine a Terentiano, Beda et Sergio citatum Ennio ascribunt Columna Merulaque.—407. Varro L. L. VI.—408. Priscian, L. IX.—409. Philarg. ad V. Georg. IV. 230.—410. Macrob.

LIB. XIV.

410 Quum procul adspiciunt hostes accedere ventis
Navibu' velivolis, (411) magno clamore bovantes
412 Omnes occisi obcensique in nocte serena
413 ..... rigido tum cœrula suro
414 Verrunt extemplo placide mare marmore flavo;
Cœruleum spumat sale conferta rate pulsum,
415 Labitur uncta carina, volat super impetus undas.
416 Ut patefecerunt Bruges .....
417 O patria, o divum domus Ilium et incluta bello
418 Quæ neque Dardaniis campis potuere perire,
Nec quum capta, capi, nec quum combusta, cremari.
419 Horrescit telis exercitus asper utrimque.
420 Rompæa .....
421 Infit: O Cives, quæ me Fortuna ferox sic
Contudit? indigno bello confecit acervo!

LIB. XV.

422 Malos diffindunt, fiunt tabulata, falæque
423 Arquum ubi adspiciunt, mortalibu' quæ perhibetur

Sat. VI, 5.—411. Varro L. L. VI.—412. Festus.—413. Festus.—414. A. Gell. N. A. II, 27.—Priscian, L. V.—415. Macrob. Sat. VI, 1.—416. Cic. Orat. 48.—417. Serv. ad V. Æn. II, 241.—418. Macrob. Sat. VI, 1.—419. Macrob. Sat. VI, 4.—420. A. Gell. N. A. X, 25.—421. Priscian, L. X.—422. Nonius. 'acervo' pro 'acerbo.'—423. Priscian, L. VI. arquum, i. e. arcum (cælestem).—424. Serv. ad V. Æn. IX,

424 ..... succincti corda machæris,
425 Iamque inter jactum teli progressus uterque
Substiterat; subito erumpunt clamore frementesque
Exhortantur equos; fundunt simul undique tela
Crebra, nivis ritu; cœlusque obtexitur umbra.
426 Occumbunt multi letum ferroque lapique
Aut intra muros, aut extra præcipe casu.
427 Fulviu' Nobilior stravit certamine crebro
Ætolos ....
428 ..... Cretenses

LIB. XVI.

429 Quippe vetusta virum non est sati' bella monere
430 Quo res sapsa loco sese ostentatque iubetque
431 ..... se
Primus nec bradus in regimen bellique peritus:
432 ..... crebrisuro
433 Incedit veles vulgo sicilicibu' latis.
434 Ingenio forti dextrum latu' pertudit hasta;
435 Concidit et sonitum simul insuper arma dederunt.
436 ..... tamen induvolans summum abstulit hasta
Insigne .....

678.—425. Serv. ad V. Æn. XI, 608.—426. Priscian, L. VI.—427. Gloss. Fornerii MS.—428. Charis. L. I.—429, 430, 431, 432, 433, 434. Festus: *sapsa, ipsa*, bradus βραδὺς, *crebrisurum* vallum crebris suris munitum, *sicilices* hastarum spicula.—435, 436. Macrob. Sat. VI, 1.—437. Calp. Piso, MS. lib I.—438. Festus.—439. Ma-

Vim tua noluntas facit imperiosa vetando,
Quem Consul meruit, quum res bene gesta, triumpum.
Montibus obstitis obstantibus, unde oritur nox.
Reges per regnum statuasque sepulcraque quærunt,
Ædificant nomen, summa nituntur opum vi.
Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis
Quos ubi rex paullo spexit de collibu' celsis
Tum timido manat ex toto corpore sudor
..... interea fax
Occidit, oceanumque rubra tractim obruit æthra;
Nox quando mediis signis præcincta volabat
Postremæ longinqua dies, quum fecerit ætas
Spero si speres quidquam prodesse potes sint
Non in sperando cupidi rem prodere summam
..... prandere iubet
Horiturque *suos* .....
Insidiantes hic vigilant, partim requiescunt
Contecti gladiis, sub scutis, ore faventes.
Qui clamor oppugnantis vagore volanti
Navorum imperium servare est induperantûm
Æstatem autumnus sequitur, post acer hiems fit,
..... virosque valentes

---

crob. Sat. VI, 1.—440. Priscian. Lib. IX.—441. Festus.—442. Macrob. Sat. VI, 1.—443. Macrob. VI, 4.—444. Festus.—445. A. Gell. N. A. IX, 14.—446. Festus: 'speres potes sunt' i. e. 'spes possunt.'—447. Festus.—448. Diom. L. I, *horitur* antique pro *hortatur*.—449. Philarg. ad V. Georg. IV, 230.—450, 451, Festus.—452. Serv. ad V. Æn. VI, 685.—453. Priscian. L. V.—454. Fes-

Contudit crudelis hiems ..... (454) corpulentis
455 Flos veterum .....
456 ..... hebem .....

LIB. XVII.

457 ..... metari,
458 ..... grumam dirigere *iubet.*
459 Concava sub montes late specus intu' patebat
460 ..... potes apte pigre sufferre laborem
461 Non possunt mussare boni, qui facta labore
Nixi militiæ peperere .....
462 Si luci, si nox, si mox, si quum data sit frux
463 ..... quem non virtutis egentem
464 ..... consiluere,
465 ..... pausam fecere fremendi.
466 Signa canunt ..... (467) spiras legionibu' nexunt,
468 It eques et plosu cava concutit ungula terram ;
469 Tollitur in cœlum clamor exortus utrimque ;
470 Concurrunt veluti venti, quom spiritus Austri
Imbricitor, Aquiloque suo cum flamine contra
Indu mari magno fluctus extollere certant.

---

tus.—455. Serv. ad V. Æn. VIII, 500.—456. Charis. I.—457. Festus.—458. Nonius: *Grumæ sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur et conveniunt viæ.*—459, 460, Nonius.—461. Philarg. ad V. Geo. IV, 188.—462. Priscian. L. VI.—463. Serv. ad V. Æn. XI, 28.—464· Festus.—465, 466, Varro L. L. VI. —467. Festus.—468, 469. Macrob. Sat. VI, 1.—470. Macrob. Sat. VI, 2.—471. Macrob. Sat. VI, 3.—472. Varro L. L. V.—473.

Undique conveniunt, velut imber, tela Tribuno.
Configunt parmam, tinnit hastilibus umbo,
Ærato sonitu galeæ ; sed nec poti' quisquam
Undique nitendo corpus discerpere ferro.
Semper abundantes hastas frangitque quatitque ;
Totum sudor habet corpus, multumque laborat ;
Nec respirandi fit copia, præpete ferro
Istri tela manu' jacientes sollicitabant.
Arma sonunt, fremurque oritur .....
..... magna ossa, lacertique
Apparent homini .....
..... neque corpora firma
Longiscunt quidquam .....
Quum sola est, eadem faciunt longiscere longe.

LIB. XVIII.

..... terraï frugiferaï
Contemsit fontes, quibus exerugit aquæ vis
..... Melos .....
..... tellusque perusta
Illuc duxit aquas .....
..... intus aquaï frugiferaï

Macrob. Sat. VI, 1.—474, 475. Nonius : longiscere.—476. Charis. L. I.—477. Incertus atque pervetustus Grammaticus ex bibliotheca Carbonaria hunc Ennii versum citat.—478. Serv. ad V. Æn. I, 745.—479. Schol. ad Luc. Ph. X, 254.—480. M. Claudius Sacerdos in arte gramm. MS.—481. Serv. ad V. Æn. I, 194.—

481 Volgus ..... avium ..... (482) in frunde fritinnit
Suaviter ..... (483) populea frus.
484 O pietas animi! .....
485 Nos sumu' Romani, qui fuvimus ante Rudini
486 Omnes mortales sese laudarier optant,
487 Adsectari omnes cupiunt .....
488 ..... aëre ..... fulva
489 ..... alii retorica tongent,
490 Quæruntque in scirpo, soliti quod dicere, nodum.
491 ..... oratores
Doctiloqui .....
492 ..... sanctosque poetas
493 Sic ut fortis equus, spatio qui sæpe supremo
Vicit Olumpia, nunc senio confectu' quiescit.
494 ..... ubi mille rotam volvere per annos
495 ..... irarumque effunde quadrigas!

II. PHAGETICA.

496 Omnibus at Clupeâ præstat mustela marina;

---

482. Varro L. L. VI.—483. Auson. in Monosyllab. 'frus,' i.e. 'frons.'—484. Donat. ad Ter. Eun. III, 5. Cic. Acad. IV, 27.—485. Cic. de Orat. III, 42.—486. S^tus. Augustinus, XIII, de trinitate.—487. Priscian.—488. A. Gell. N.A. XIII, 20.—489, 490. Festus.—491. Varro L. L. VI.—492. Cic. pro Archia, 8.—493. Cic. Cat. Maj.—494. Serv. ad V. Æn. VI, 749.—495. Serv. ad

Mures sunt Æni, ast aspra ostrea plurima Abydi.
Est Mitulenæ pecten, aperque apud Ambraciæ amnem :
Brundusii sargus bonus est : hunc, magnus erit si,
Sume : apriclum piscem scito primum esse Tarenti.
Surrenti fac emas glaucum et Cumas apud : at quid
Scarum præterii cerebrum Jovi' pæne supremi ?
Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque ;
Melanurum, turdum, merulamque umbramque marinam ?
Polypu' Corcyræ, calvaria pinguia Atarnæ,
Purpura, muriculi, mures, dulces quoque echini.

III. EPIGRAMMATA.

EPITAPHIUM SUUM.

497 Adspicite, O Cives, senis Ennii imagini' formam ;
Hic vostrum panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumis decoret, nec funera fletu
Faxit. Cur ? Volito vivu' per ora virum.

V. Æn. XII, 499.—496. Apuleii. Apolog. 1.—497. Cic. Tuscul. I. et de Senect.—498. Sen. Epist. 19.—499. Cic. Tusc. V. Lactan.

DE P. SCIPIONIS AFR. TUMULO.

Hic est ille situs, cui nemo civi' neque hostis
Quibit pro factis reddere operæ pretium.

DE EODEM.

A sole exoriente supra Mæoti' paludes
Nemo est, qui factis me æquiparare queat.
Si fas cædendo cælestia scandere cuiquam est,
Mî soli cœli maxuma porta patet.

IV. SCIPIO.

Atque mundus cœli vastus constitit silentio,
Et Neptunus sævus undis asperis pausam dedit.
Sol equis iter repressit ungulis volantibus,
Constitere amnes perennes, arbores vento vacant.
..... qui propter Annibalis copias considerant.
Sparsis hastis longis campus splendet et horret.

V. EPICHARMUS.

Nam videbar somniare ego me'd esse mortuum

div. inst. I, 58. Sen. Epis. 19.—500. Macrob. VI, 2.—501. Agel.

504 ..... aqua, terra, anima, Sol, *ignis, sidera.*
505 Terra corpus est; at mentis ignis est.
506 Isteic de Sole sumptus ignis.
507 ..... isque actus mentis est.
508 Esse igitur corpus terram, quæ deperit istam,
Et capit, et neque jam dispendi conficit hilum.
509 .....Istæc..... .....
Terris gentes omnes peperit et resumit denuo,
Istæc dat cibaria; istæc omnibus fruges gerit,
510 Frigori immiscet calorem, atque humori aritudinem.
511 Omne corpus, ubi nimius ardor, aut humor riget.
512 Istic est is Juppiter, quem dico, *quem* Græci vocant
Aëra; quique ventus est et nubes, imber postea,
Atque ex imbre frigus: ventus post fit, aër denuo
Istæc propter Juppiter sunt ista, quæ dico tibi,
Qui mortales, urbes, atque belluas omnes juvat,
Quod hic omnes, et sub hoc .....
513 Ova parire solet genu' pennis condecoratum,
Non animas

IV, 7.—502. Macrobius VI, 4.—503. Cic. Acad. IV.—504. Varro I, 4. 'ignis, sidera' ex Columnæ conjectura est, vid. Menandri versus Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος κ. τ. λ. 'Mentis' in recto casu est, antique pro 'mens,' ut Prisc. testatur.—505. Priscian. Lib. VII.—506, 507. Varro IV. Alii Varronis MSS. legunt *isque totus mentis est.* Scaliger ex duobus his hemistichiis unum versum trochaicum efficit

Isteic de Sole sumptus ignis, isque mentis est.

—508. Varro IV et VIII, "*ab hilo* i. e. *minimo.*"—509, 510. Varro IV.—511. In soluta Varronis oratione Columna se disjecti membra poetæ invenisse putat.—512. Varro IV, vocem *quem* inter *dico* et *Græci,* ut trochaicus integer efficeretur, supplevi.—

514 Inde venit divinitu' pullis insinuans se
Ipsa anima.
515 ..... Proserpina .....

VI. ALEXANDER.

516 ..... volans de cœlo cum corona et tæniis,
Hominem appellat : quid lascivis stolide ? non intelligit.
517 O lux Trojæ, germane Hector,
Quid ita cum tuo lacerato corpore miser ?
Aut qui te sic respectantibus tractavere nobis ?
518 Jamdudum ab ludis animus atque aures avent
Avide expectantes nuntium .....
519 Nam maximo saltu superavit
Gravidus armatis equus,
Qui suo partu ardua perdat Pergama.
520 Multi alii adventant, paupertas quorum obscurat nomina.
521 Purum putum .....
522 Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant.

---

513. Varro IV. Priscian. VIII et X. Diomedes I.—514, 515. Varro VI.—516. Festus : Tænias et Stolidus. De Deo quodam, qui ita Paridem monet ne Helenam auferat, loquitur poeta.—517. Macrob VI, 2.—518. Varro L. L. V.—519. Macrob. VI, 2.—520. Macrob.VI,1.—521. Agel. VI, 5.—522. Varro L.L.VI. Paris nomen putatur accepisse ἐκ τοῦ παριέναι τὸν μόρον, nam cum a

VII. SATYRÆ.

LIB. I.

523 Malo Hercle suo magno convivat sine modo.
524 Dum quicquid das celere.

LIB. II.

525 Inde loci liquidas pilatasque ætheris oras
Contemplo
526 Restitant, occurrunt, obstant, obstringillant, obganniunt.

LIB. III.

527 Enni poeta, salve, qui mortalibus
Versus propinas flammeos medullitus
528 Nam is non bene volt tibi, qui falso criminat
Apud te .....

matre ad mortem destinatus esset, eum pastores servaverunt.—523, 524. Nonius 'Convivat' antiq. pro 'convivatur.'—525. "Servius, ut tradit Scaliger ex schedis P. Danielis nondum editis, refert hunc versum ex lib. II Sat. Ennii, &c." COLUMNA.—526, 527, 528.

529 ..... testes sunt
Lati campi quos gerit Africa terra politos.

LIB. IV.

530 Neque triste quæritat sinapi neque cepe mœstum,

LIB. VI.

531 Quippe sine cura lætus lautus quom advenis
Inserti' malis, et expedito brachio,
Alacer, celsus, lupino impetu expectans,
Mox dum alterius obligurrias bona,
Quid censes dominis esse animi? Proh Divôm fidem!
Ille tristis cibum dum servat, tu ridens voras.

FRAGMENTA E LIB. INCERTIS.

532 Nam qui lepide postulat alterum frustrari,
Quem frustratur: frustra eum dicit, frustra esse.
Nam sese frustrari, quem frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est, si non ille est frustra.
533 Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm,
Ne quid expectes amicos, quod tu agere possis.
534 Meum non est, at si me canis memorderit.

Nonius 'Criminat' pro 'criminatur' antiqua lingua.—529. Nonius.—530. Macrobius VI, 5.—531. Donatus in Phorm.—532.

VIII. PROTREPTICA.

535 Pannibus .....

IX. PRÆCEPTA.

536 ..... ubi vidit avenam, lolium crescere
Inter triticum, selegit, secernit, aufert sedulo,
..... vi operam addit, quam tanto studio seruit.

X. EURIPIDIS MEDEA EX GRÆCO IN LATINUM SERMONEM CONVERSA.

537 NUTRIX. Utinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes;
Neve inde navis inchoandæ exordium
Cœpisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis imperio Regis Peliæ per dolum.

Agellius XVIII, 2.—533. Agellius II, 29.—534. Agellius VII, 9 et Nonius: *memordi* pro *momordi*.—535. Charis Lib. I.—536. Priscian. Lib. X.—537. Priscian. de Ver. Com. Auctor ad Herennium II. Varro L.L. VI. Cic. passim, et al. In hac Medea quæque deinde sequentur tragœdiis, poetas Græcos, imprimis Euripidem

Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem
Medea, animo ægra, amore sævo saucia.
PÆDAGOGUS. Antiqua, herilis fida custos corporis,
Quid sic extra ædes exanimata eliminas?
NUTRIX. Cupido cepit miseram nunc me prosequi
Cœlo, atque terræ Medeaï miserias.
CHORUS. Fluctus verborum aures aucupant.
CHORUS. Imperito Argis, regna mihi liquit Pelops,
Qua ponto ab Helles atque ab Ionio mari
Urgetur Isthmus.....
..... nam multi suam
MEDEA. Rem bene gessere, et poplicam patria procul:
Multi domi qui ætatem egerunt, propterea
Sunt improbati.
MEDEA. Nam ter sub armis malim vitam cernere,
Quam semel modo parere
CREON. Animadverte et dicto pare .....
Præter rogitatum ne querare .....
CREON. Si te secundo lumine hic offendero,
Moriere .....
MEDEA. Teneor consipta, undique venor.
MEDEA. Quo nunc me vortam, quo iter incipiam ingredi?
Domum paternamne, anne ad Peliæ filias?

---

auctor noster imitatus est.—538. Nonius.—539. Cic. Tusc. III.—540. Nonius.—541. Senec. Ep. II, et Cic. in Orat.—542. Cic. ep. fam. lib. VII.—543. Varro L.L. V.—544, 545. Cic. pro Rabirio et ad Att. VII.—546. Nonius: *Venor*.—547. Cic. de Orat. III.—

548 JASON. Tu me amoris magi' quam honoris servavisti gratia.
549 MEDEA. Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus.
550 MEDEA. ..... salvete optuma corpora,
Cette manus vestras, measque accipite.
551 CHORUS. Juppiter, tuque adeo summe Sol,
Qui res omnes inspicis,
Quique tuo lumine
Mare, terram, ac cœlum
Contines, inspice hoc facinus,
Priusquam fiat, prohibe scelus.
552 ..... qui ipsus sibi
Sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit.
553 Adsta atque Athenas antiquum opulentum oppidum
Contempla, et templum Cereris ad lævum adspice.
554 Utinam nunquam, Medea, corde cupido
Colchis pedem extulisses .....
555 Quis tu es mulier, qui me insueto nuncupâsti nomine?
556 Sol, qui candentem cœlo sublimat facem.

XI. IPHIGENIA.

557 AGAMEMNON. Quid nocti' videtur?

548. Cic. Tusc, IV.—549. Cic. Orat. sine auctoris nomine: Ennio ascribit Columna.—550. Nonius. 'cette,' i. e. 'cedite' 'date.'—551. Prob.in V. Ecl.VI.—552. Cic. Epis.lib.VII.—553. Nonius: Contempla.—554. Nonius. Versus a Columna ita correctus, leviter a me metri causa mutatus est.—555. Varro L. L. V. Diom. II.—556.

SENEX. In altisono
Cœli clupeo temo superat
Stellas, cogens sublime etiam
Atque etiam noctis itiner.
AGAM. Procede; gradum proferre pedum
Nitere; cessas?
Menelaus me objurgat: id meis rebus regimen restat.
Ego projector quod tu peccas; tu delinquis, ego arguor
Pro malefactis: Helena redeat; virgo pereat innocens:
Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia.
Nam plebs in hoc Regi antestat loco: licet
Lacrumare plebi, regi honeste non licet
IPHIGENIA. Acheruntem obibo, ubi mortis thesauri objacent
CHORUS. Otio qui nescit uti, plus negotii habet,
Nam cui quod agat institutum est, in illo negotio
Id agit: studet ibi, mentem atque animum delectat suum.
Otioso in otio animus nescit, quid sibi velit.
Hoc idem est, neque domi nunc nos nec militiæ sumus:
Imus huc, hinc illuc: cum illuc ventum est, ire illinc libet.
Incerte errat animus; præter propter vitam vivitur.

Nonius.—557. Varro L. L. VI.—558. Festus: Pedum.—559, 560. Rufianus de Figuris: ordinem verborum paulum mutavi, ut versus trochaici efficerentur.—561. S^tus. Hier. Epith. Nepotiani.—562.

XII. ACHILLES.

564 Ita mortales inter se pugnant, prælíant.
565 Prolato aere adstitit.
566 Serva cives, defende hostes, cum potes defendere
567 Quo nunc incerta re atque inorata gradum
Regredere conare? .....
568 ..... nam consiliis obvarant, quibus
Tamen concedit hic ordo .....
569 Nubes per ego Deûm subices humidas,
Unde oritur imber sonitus aërio spiritu.
570 Ea Thetis illi mater

XIII. AJAX.

571 Aliquod lumen jubarve in cœlo cerno.
572 Qui res cum Achivis gesserunt statim.
573 Ajax misso sanguine tepido Tullii
Efflantes volant.

XIV. TELAMON.

574 Hiccine Telamon ille est, modo quem gloria ad cœlum extulit.

Festus: ob.—563. Agel. XIX, 10. præter i. e. præter scopum, sive male.—564. Nonius.—565. Festus.—566, 567, 568, 569. Nonius: Festus: Agel. IV, 17.—570. Varro L. L. VI.—571. Varro L. L. V et

Quem aspectabant, cujus ob os Graii ora obvertebant sua ?

575 ..... Pol mi fortuna magi' nunc defit quam genus.
Namque regnum suppetebat mi, ut scias quanto e loco,
Quantis opibu', quibu' de rebus lapsa fortuna accidat.

576 Audibo, atque aures tibi contra utendas dabo.

577 Deûm me sentit facere pietas, civium porcet pudor.

578 Eandem me in suspicionem sceleri' partivit pater.

579 Ex eo futurum abnueant .....

580 Nam ita mihi Telamonis patris
Atque facies proavi Jovis gratia ea est.
Atque hoc lumen candidum claret mihi.

581 Scibas natum ingenuum Ajacem cui tu obsidionem paras

582 Ego, quom genui, tum moriturum scivi et ei rei sustuli,
Præterea, ad Trojam quom misi ad defendendam Græciam,
Scibam me in mortiferum bellum non in epulas mittere.

583 Strata terra, lavere lacrumis vestem squalem et sordidam.

584 Ego Deûm genus esse semper dixi et dicam cœlitum.
Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus.
Nam si curent, bene bonis sit, male malis, quod nunc abest.

VI.—572. Nonius.—573. Festus.—574, 575. Cic. Tusc. III. —576, 577, 578. Nonius.—579. Diom. L. I.—580. Nonius: claret.—581. Festus: obsidio.—582. Cic. Tusc. III.—583. Nonius: Lavit.—584. Cic. de Divinat. I et de Deor. Nat.

Non habeo denique nauci Marsum augurem,
Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,
Non Isiacos conjectores, non interpretes somniûm:
Non enim sunt ii aut scientia aut arte divini,
Sed superstitiosi vates, impudentesque harioli,
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat:
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam;
Quibu' divitias pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt:
De his divitiis sibi deducant drachmam, reddant cætera;
Qui sui quæstus causa fictas suscitant sententias.

XV. HECTORIS LUSTRA.

Melius est virtute jus: nam sæpe virtutem mali
Nanciscuntur: jus atque æquum se a malis spernit procul.
At ego, omnipotens, te exposco, ut hoc consilium
Achivis auxilii fuat .....
Quid hoc hic clamoris? quid tumulti est? nomen

III.—585. Cic. de Divinat. I. HECTORIS LUSTRA—"Lustra apud Ennium idem erat quod apud Græcos λύτρα—pecunia quæ pro redemtione solvitur." COLUMNA.—586. Nonius: spernere. Sensus est: Justitia fortitudini præstat, nam Mali sæpe fortes fiunt sed justitia se ab iis separat.—587. Nonius: fuat.—

Qui usurpat meum? Quid in castris strepiti est?
Hector re summa armatos educit foras,
Castrisque castra ultro jam ferre occupat.
Hector quidem haud cessat obsidionem obducere.
..... et sonit,
Franguntur hastæ, terra sudat sanguine.
Qui cupiant dare arma Achilli, ut ipsi cunctent.
Ecce caligo oborta est, omnem prospectum abstulit,
Derepente contulit sese in pedes .....
Servos et nostrum imperium et fidem Myrmidonum
Vigiles commiserescite .....
Constitit, credo, Scamander: arbores vento vacant,
Severiter fortuna ferri cernunt de victoria.
Quæ mea cominus machæra, atque hasta hostiris e manu.
Nos quiescere æquum est, novimus ambo Ulyssem.
Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.
Ducet quadrupedum jugo invitum,
Domabit infrænum, et junget valide
Quojus tenacia infrænari nimis nequit.
Inferûm vastos specus .....

---

588. Nonius: tumulti, strepiti.—589. Nonius: occupatus. Columna legit *fere*, atque errare dicit eos qui *ferre* habent. Sed nullus ego dubito quin 'ferre occupat' idem significet quod 'ferre instituit.' 'Castra castris ferre' idem est quod 'castra castris conferre.'—590. Nonius: obsidione.—591. Nonius: Sonere.—592. Nonius: cuncto.—593. Nonius: Derepente.—594. Commiseresco.—595. Nonius: Vagas.—596. Nonius: Severiter.—597. Festus: redhostire.—598, 599. Diom. Lib. I.—600. Nonius: Tenacia.—601. Nonius: specus.—602. Varro IV, et Festus: *viere alligare signif.* malacam

XVI. ASOTUS VEL SECUNDUM ALIOS SOTADICUS.

602 Ibant malacam viere Veneriam corollam.
603 Aliusque in mari volt magno tenere tonsam
604 ..... Cyprio bovi merendam
605 Prope stagna genus ubi lanigerum piscibu' paseit.
606 Tibicina maxumo clamore mugit .....
607 Subulo finitimas propter astabat aquas.

XVII. ANDROMACHE.

608 Extemplo acceptum me necato et filium.
609 Ex opibus summis opis egens, Hector, tuæ.
610 .... quid petam
Præsidii? quid exsequar? quo nunc aut exilio aut fuga
Freta sim? arce et urbe sum orba: quo accedam? quo applicem?
Cui nec patriæ aræ domi stant; fractæ et disjectæ jacent:
Fana flamma deflagrata, tosti alti stant parietes.

μαλακήν. Hi et sequentes versus Ionici sunt.—603, 604, 605. Festus, 'merenda' antique pro 'prandium.'—606, 607. Varro VI, et Festus, Subulus Tuscano dialecto 'tibicinem' significat.—608, Varro L. L. VI.—609, 610. Cic. Tusc. III et I. de Orat. I et III.

Deformati, atque abiete crispa .....,
O pater! o patria! o Priami domus!
Septum altisono cardine templum!
Vidi ego te, adstante ope barbarica.
Tectis cælatis, laqueatis,
Auro, ebore, instructum regifice.
Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari,
Jovis aram sanguine turpari.
Heu relliquias semiassi regis, denudatis ossibus
Per Terram sanie delibutam fœde divexarier.
Vidi, videreque passa sum ægerrime
Curru Hectorem quadrijugo raptarier:
Hectoris natum de mœro jactarier.
611 Acherusia templa alta Orci, salvete, infera!
612 Andromachæ nomen qui indidit, recte indidit.
613 Malo torquetis cum ærumnis illum exanclari diem.
614 ..... hæc
Malos annos multosque longinque ab domo
Bellum gerentes summum summa industria.
615 Quid fit seditio? Tabesne an numeros augificat suos?
616 Nam neque irati, neque blandi quicquam sincere so-
nunt.
617 Nam ubi introducta est, puerumque ut laverunt, col-
locant in clupeo.
618 Rapit ex alto naves velivolas .....
619 .... sed quasi

Varro L.L. IX. semiassi semiusti signif.—611. 612. Varro L.L. VI. —613. 614. 615. 616. 617. Nonius.—618. Macrob. VI, 5.—619.

Ferrum aut lapis dura, rarenter gemitum
Conatur trahere .....
620 ..... di ..... m est nam mussare si

XVIII. HECUBA.

621 Adsum atque advenio Acherunte vix via alta atque
ardua,
Per speluncas saxis structas asperis pendentibus
Maxumis; ubi rigida constat et crassa caligo inferûm;
Unde animæ excitantur obscura umbra, aperto ostio
Alti Acheruntis, falso sanguine imagines mortuorum.
622 O magna templa cœlitum,
Commixta stellis splendidis.
623 Hæc tu etsi pervorse dices, facile Achivos flexeris.
Nam quom opulenti loquuntur pariter, atque ignobiles
Eadem dicta, eademque oratio æqua non æque valet.
624 Miserete anuis, date ferrum qui
Me anima privem .....
625 Senex sum; utinam mortem oppetam prius,
Quam evenat, quod in pauperie mea
Senex graviter gemam .....
626 Vide, hinc meæ, inquam, lacrumæ guttatim cadunt.
627 Etsi segetem sunt in deteriorem datæ
Fruges, tamen ipsæ suapte natura enitent.

Nonius.—620. Festus: Summissi.—621. Cic. Tusc. I.—622. Varro L.L. VI.—623. Agell. XI, 4.—624. Nonius: Miserete —625. Nonius: Evenat.—626. Nonius: Guttatim.—627. Cic. Tusc. II

628 ..... nimium boni est, cui nihil est mali.
629 Undantem salum .....
630 Nunquam scripsistis, quis parentem aut hospitem
Necasset, quo quis cruciatu perbiteret.
631 Quæ tibi in concubio verecunde, et modice
Morem gerit .....
632 Jupiter, tibi, summe tandem male re gesta gratulor.
633 Heu me miseram, interii: pergunt lavere sanguen
sanguine.

XIX. EUMENIDES.

634 Nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem.
Id ego æquum aptius fecisse expedibo atque eloquar,
635 ..... tacere opino esse optumum,
Ut pro viribus sapere atque fabulari tute noverint.
636 Areopagiticam ea de re vocant petram.
637 Dico ego vicisse Orestem, vos ab hoc facessite.

XX. DULORESTES.

638 Extemplo Ægisthi fidem nuncupantes conciebant
populum.

—628. Cic. de Fin. II.—629. Nonius: Salum.—630. Nonius: Perbiteret — periret.—631. Nonius: modicum.—632. Nonius: Gratulor.—633. Nonius: Sanguis, Lavere.—634. Nonius: Exantlare, Expedibo.—635. Nonius: opino.—636. Varro L.L. VI.—637. Nonius: facessere.—638. Nonius: Conciere.—639. Agell.

XXI. ERECHTHEUS.

Quibu' nunc ærumna mea libertatem paro ?
Quibu' servitutem mea miseria deprecor ?
Arma rigent, horrescunt tela .....
..... lapideo
Sunt corde multi, quos non miserct neminis.

XXII. CRESPHONTES.

Injuria abs te afficior indigna, pater :
Nam si improbum Cresphontem existimaveras ;
Cur me huic locabas nuptiis ? sin est probus,
Cur talem invitum invitam cogis linquere ?
Nulla te indigna, nata, afficio injuria :
Si probus est, bene locavi ; sin est improbus,
Divortio te liberabo incommodis
..... duxi probum ;
Erravi, post cognovi, fugio cognitum.
Duxit uxorem sibi liberûm quæsendûm causa.
Audis, atque auditis, hostimentum adjungito.
An inter se sortiunt urbem atque agros.
O pie eam secum advocant, eunt ad fontem, nitidant corpora.

VI, 16. Nonius : deprecor.—640. Macrob. XVI, 4.—641. Festus : Neminis.—642. 643. Auctor ad Herenn. II.—644. Festus : Quæso. —645. Festus : redhostire.—646. Nonius : Sortiunt.—647. Nonius :

648 Ego quum meæ vitæ parcam letum inimico deprecor.
649 Eho tu, Dii quibus est potestas motus superûm atque
inferûm.
Pacem inter sese conciliant, conferunt concordiam.
650 Neque terram injicere, neque cruenta
Convestire mihi corpora licuit,
Neque miseræ lavêre lacrumæ salsum sanguinem.
651 Nam nos decebat, cœtus celebrantes, domum
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
Humanæ vitæ varia reputantes mala.
At qui labores morte finisset graves,
Omnes amicos laude, et lætitia exsequi.

XXIII. ATHAMAS.

652 Iis erat in ore Bromius, his Bacchus pater,
Illis Lyæus vitis inventor sacræ.
Tum pariter Evan, Evhius :
Ignotus juvenum cœtus alterna vice
Inibat alacris, Bacchico insultans modo.

XXIV. ANDROMEDA.

653 Quæ cava cœli signitenentibus
Confici' bigis .....

Nitidant.—648. Agell. VI, 16.—649. Auct. ad Heren II.—650. Macrob. VI, 2.—651. Cic. Tusc. I.—652. Charis. II.—653. Var.

654 Filiis propter te objecta sum innocens Nerei
655 Scrupeo investita saxo atque ostreis quam excaperent:
656 Circum sese vruat ad pedes a terra quadringentos caput.
657 Rursus prorsus reciprocat fluctus feram.
658 Corpus contemplatur, unde corporaret vulnere.
659 Alia fluctus differt, dissupat visceratim membra:
Maria salsa spumant sanguine .....
660 Liberûm quæsendûm causa familiæ matrem tuæ.

XXV. TELEPHUS.

661 Palam mutire plebeio, piaculum est.
662 Regnum reliqui septus medici stola.
663 Cedo, et caveo vestitus, squalida septus stola.
664 Verum, quorum liberi letho dati sunt in bello,
Non lubenter hæc enodari audiunt .....
665 Deûmque de consilio hoc itiner credo conatum modo.
666 Teipsum hoc oportet profiteri et proloqui.
Advorsum illam mihi .....

---

ro L.L. IV.—654. Priscian. VII.—655. Nonius: Scapres.—656. Festus: Vruat.—657. Nonius: Rursus.—658. Nonius: Corporare. Corporaret i.e. corpus mortuum redderet, interficeret.—659. Nonius: Visceratim.—660. Festus: Quæsere. vid. frag. 644.—661. Festus: Mutire.—662. 663. Nonius: Stola.—664. Nonius: Enoda.—665. Nonius: Itiner.—666. Nonius: Advorsum.—667. Nonius:

667 Et civitatem video Argivûm incendier.
668 Qui illum Dii Deæque magno mactassint modo.

XXVI. THYESTES.

669 ..... adspice hoc
Sublime candens quem vocant omnes Jovem.
670 Et me Apollo delectat, ductat Delphicus.
671 Quam mihi maxime hic hodie contigerit malum.
672 Heu mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala!
673 Impetrem facile ab animo, ut cernat vitalem Bœbium.
674 Inflaccebunt conditiones, repudiato et reddito.
675 Sed sonitus aures meas pedum pulsu increpat.
676 Ibi quid agat, secum cogitat, parat, putat.
677 Quemnam te esse dicam? qui tarda in senectute.
678 ..... ipse summis saxis fixus asperis
Evisceratus, latere pendens, saxa spargens tabo,
Sanie et sanguine atro .....
Neque sepulchrum, quo se recipiat, habeat, portum
corporis ubi

Civitas.—668. Nonius: Mactare.—669. Festus: Sublime.—670. Nonius: Delectare.—671. Nonius: Contingere.—672. Nonius: Conglomerare.—673. Nonius: Cernere.—674. Nonius: Flaccet.—675. Nonius: Crepare.—676. Nonius: Putat.—677. Cic. Orat.—678. Cic. Tusc. I. et Orat. in L. Pisonem: ubi legimus:

Ut tu naufragio expulsus, uspiam saxis fixus asperis,
Evisceratus latere penderes saxa spargens tabo,
Sanie et sanguine atro .....

Remissa humana vita, corpus requiescat a malis.
Nolite, hospites, ad me adire, illico istic
Ne contagio mea bonis umbrave obsit,
Tanta vis sceleris in corpore hæret.

XXVII. PHŒNIX.

Sed virum vera virtute vivere animatum adjecit fortiter;
Eumque innoxium vocare: adversus adversarios
Ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat.
Aliæ res obnoxiæ nocte in obscura latent.
Ibi tum derepente ex alto in altum despexit mare.
Severiter suspectionem ferre falsam, futilium est.
Ut quod factum est futile amici nos feramus fortiter.
Plus miser sum, si scelestum faxim, quod dicam fore.
Stultus est, qui cupida cupiens cupienter cupit.
Quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit.

XXVIII. MELANIPPA.

Regnumque nostrum ut sospitent, superstitentque.

679. Cic. Tusc. III.—680. Agel. VII, 17.—681. Nonius: Derepente.—682. Non Severiter.—683. Non. Futile.—684. Non. Facsim.—685. Non. Cupienter.—686. Non. Duriter, Charis. II.—687. Non.

